Fragmentarium

buat: neceſſitatē patientia· Dirigatur oratio· Eleuatio manuū·
Alleluia. Confitemini domino et inuoca te nomen eius annuntia te inter gentes opera eius·
In ill: Secundum matheum·
Aſcendens ihc in na-
uiculam: tranſfretauit et uenit
in ciuitatē ſuam· Et ecce offere-
bant ei paraliticū: iacentem in
lecto· Et uidens ihc fidem illorum:
dixit paralitico· Confide fili: re-
mittuntur tibi peccata tua· Et ecce
quidam de ſcribis: dixerunt intra
ſe· hic blaſphemat· Et cū uidiſ-
ſet ihc cogitationes eorum dixit·
Ut quid cogitatis mala in cor-
dib; uriſ· Quid eſt facilius dice-
re dimittuntur tibi peccata· an di-
cere ſurge et ambula· Ut autem
ſciatis quia filius hominis ha-
bet poteſtatem in terra dimit-
tendi peccata: tunc ait parali-
tico· Surge tolle lectū tuū: et
uade in domū tuā· Et ſurrexit:
et abiit in domū ſuam· Videntes
autem turbe: timuerunt et glorifica-
uerunt dm: qui dedit poteſtatē
talē hominib; Off. Si ambulauero.
Ds qui nos per huius ſacrificii

ueneranda cōmercia unius ſummę
que diuinitatis participes efficis·
et miniſtros preſta quęſumus ut ſicut tuā
cognoſcimus ueritatē· ſic eam
dignis mentib; et morib; aſſequamur·
Co. Tu mandaſti mandata. Pco.
Gratias tibi referimus domine ſacro
munere uegetati· tuā miſe-
ricordiam depcantes: ut dignos
nos eius ſacra participatione per-
ficias· P. Fratres in ad theſſalonic.
FRēs: State et tenete tradiciones
quas didiciſtis: ſiue per ſermo-
nem· ſiue per epiſtolam nrām· Ipſe autem
dnſ nr ihc xpc et dſ pater noſter·
qui dilexit nos et dedit conſo-
lationē eternam· et ſpem bonā in
gratiam· ut conſoletur corda urā· et
confirmet [...] et ſer-
mone [...]· De cetero fratres orate
pro nobis: ut ſermo d[...]urrat et
clarifice[t]ur ſicut et apud uos·
et liberemur ab importunis et
malis hominib;· Non enim omni-
um eſt fides· Fidelis autem dſ eſt:
qui confirmabit uos et cuſto-
diet a malo· Confid[imus] autem de
uobis in dno: quia que precipimus
et facitis et facietis· Dns autem
dirigat corda urā in caritate di:
et patientia xpi· Secundum matheum
In ill: Accesserunt ad ihm diſci-
puli eius: dicentes· Diſſere nobis
parabolam tritici et zizaniorum
agri· Qui reſpondens: ait· Qui

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 4, fol. [1]v – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-czht/7113/69743)